

**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

Quòd perfectio est arctissima cognatio hominis cum Deo. Cap. viij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Ezech. 4.

Gen. 32.

Isa. 42.

Rom. 8.

Job. 13.

aliquid humanum cupiūt, quod ipsorum perfectioni non officiat, benignè concedit. Non possumus omnia latè tractare. Ezechiel timet panem pollutum manducare, & audit, ut mitiori pœna subdatur; Ecce dedi tibi sumum bonum pro stercoribus humanis, & facies panem tuum in eo. Jacob Angeli beneficium concipiuit, & benedixit ei Dominus in eodem loco. Franciscus acerbitatē ignis metuens, quo vredus erat, ne visum amitteret, vſtione non sentiit. Thomas Aquinas morbo extremo laborans, & pisces insuetos, & in illa regione ignotos appetens, eos diuinus oblatos recepit; & sic innumerā alia possunt in Sanctorum gestis notari, quibus diuina illa maiestas istorum amicorum suorum imbecillitati descendens, se amicum blandum, & tenerē amantem exhibet. Ac tandem Dominus nihil sibi, nisi gloriam debitam diuinæ maiestati referuat, quam, vt est in Isaia, nemini dare constituit; reliqua verò bona tam naturæ, quām gratiæ, & gloria, imo & ipsum filium suum (cum quo, vt inquit Paulus omnia nobis donauit) his suis amicis, non vtcumque, sed cumulatè, & eximiè, communicat, vt sic in celo & in terra constet, se cum sanctis viris familiarissimam amicitiam inuiuisse, & numquam iplam aliquo dolo, aut obliuione violasse.

Si hac ita se habent, sicut re vera se habent, nos qui à seculo discessimus, & amicis terra valediximus, vt regis cælestis amicitiam & familiaritatē aſsequieremur, si perfectionis amatores non sumus, quid amamus, quid quærimus? Hæc est intima amicitia inter Deum, & hominem intercedens, qua homo Dei amicus non quoquis modo, sed familiarissimus, & in iama necessitudine coniunctus efficitur. Hac homo suum amorem, non in rebus caducis, sed in solo Deo collocat, & res suas etiam minimas cum Deo tractat, & cum eo curas suas tamquam cū amicissimo sodali partitur. Hac quicquid habet (parum est hoc,) quicquid est, Deo donat, & nihil sibi velut proprium aſseruat. Hac flagella à Domino illata laretur, & si ipsum occiderit, ab spe in illo collata non decidit. ] Hac idem, quod Dominus sapit, & vult, & diuinæ voluntatis imaginem induit, & nihil ab eius conspectu abſcōdere gestit. Si quid aduersum domum huius sanctissimi amici, scilicet Ecclesiæ fidei, acciderit, perfectione, quod cedebat humeris sustiner, & dum alij præ timore fugiunt, perfecti stant intrepidi, eti opus est, profuso cruento fidem testificantur, & virtutem tuerunt. Ipsa est, quæ hominem magnum facit, magnum cogitationibus, magnum desideriū, magnum operibus, ut sanctus Deus ad hanc amicitiam cum viro perfecto tenendam descendit; ita hic à vilitate sua ad Dei cōfotium & participationem ascendat. Deus aliquid sibi reseruat, nimirum gloriam sponsam suam, quia ita omnino opus est, ut homo perfectus nihil, sed omnia in diuinam gloriam praestando, Deo profuscus communicat. Perfectionis igitur charitatis aſsequi curemus, quia sicut in aula regis terreni, nihil est familiaritate eius optabilius, quæ priuatus homo, regnat, & imperat, & gubernat, & omnibus magnatibus major & celsior existimatur; ita in aula regis cælestis, nihil perfectione, aut excellentiū, quæ homo fit Dei amicus familiariſſimus, aut præstantius inuenitur.

Quod perfectio est arctissima cognatio  
hominis cum Deo.

CAPVT VIII.

A

B

C

D

E

**R**INCIPES huius seculi subditos nobiles curia sua, honoris grata solent vocare cognatos. Vocant quidem, sed non faciunt, quoniam si ipsi nobiles non sunt, ex stirpe regia progeniti, numquam consanguinei regis erunt, quantum aut consobrini, aut propinqui regi videntur. Dominus autem perfectos, & sanctos viros, non cognatos tantum, sed filios appellat, & non tantum appellat, sed filios suos facit, & non quoquis modo filios, sed filios dilectissimos, & fidelissimos, & sibi quām simillimos reddit. Ex quo alia multo maior dignitas perfectionis eluet, quod scilicet est hominis cognatio cum Deo, & cognationum omnium, quæ inter aliquos esse possunt arctissima, qua homo non tantum propinquus, sed plene Dei filius, & Christi frater, & haeres regni cælestis constituitur. Perfectionem autem non iam seruos fideles, non amicos dilectos tantum, sed filios Dei homines facere Salvator noster Iesus Christus, aperte monstrauit. Qui cū perfectionem, aut perfectam charitatem commendasset, cū scilicet, quæ tanto impetu, & voluntatis conatu in Deum fervatur, vt ab eo refluit non solum ad amicos veniat, verū etiam ad inimicos vique transfliter, hoc tantæ charitatis emolumentum proponit. Ut sitis filii Patris vestri, qui in calis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. ] Hec ergo charitas cognatio hominis cum Deo est, & si ita loqui licet, filiatione, quæ hominum filium Dei facit, & ab eo spiritali quadam procreatione generatum constituit. Et sicut ipsa est celitus philosophia Christianæ, vt Chryſostomus ait, ita sublimiorum secum hominibus dignitatem afferat, non ita, vt possident terram, sicut mites, non vt consolationem, aut misericordiam accipiant, vt lugentes ac misericordes, non vt regnum cælorum, vt pauperes spiritu, & persecutione patientes, acquirant; sed (quod est multo præstantius & excellentius,) vt nimis sunt filii Dei, qui eo ipso quod tales sunt, & ad regnum cælorum ius habent, & terra sui cordis sunt Domini, & consolationis, ac miserationis diuinæ efficiuntur participes. ] Omnes quidem iusti, & gratiam habentes sunt adoptione filii Dei; quibus dicit Paulus: Quoniam estis filii Dei, misit Deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem Abba pater. ] Et Ioannes: Quotquot autem receperunt eum, hoc est, per fidem Charitatem formatam in suis cordibus admiserunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri. ] Et alio loco: Charissimi, nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Et Molesadmonet, dicens: filii estote Domini Dei vestri, ] quod illi aſsequuntur qui sanctissimam Dei legem amplectuntur, & ab omni crimen se paros & incontaminatos custodiunt. Sed sancti, & perfecti aliquid amplius habent, quæ communes filii, propter quod præcipui Dei filii, & omnium dilectissimi, & aliis maiores vocandi sunt, quod nunc inuestigare debemus, vt hæc perfectionis dignitas probè cognita ingentem in nos sui amorem & desiderium iniciat.

Quo verò modo hanc perfectionem prærogatiuam intelligemus? Quia via aut ratione eam explicabimus? Estne aliquid apud nos, quod huius rei notitiam mentibus legentium inferat? Est sancti, illud scilicet, quod in hominum dominibus, atque familiis non semel aſpeximus. Patres enim interdum solent generare filios, natura quidem sibi similes (nam si naturæ communionem non retinerent, non essent filii) sed aliis in rebus valde dissimiles. Ex patre sapiente produxit filius stultus; ex robusto & fortis, infirmus &

Matth. 5.

Chryſoft.  
bō. 18. in  
Matt.

Galat. 4.

Ioan. 1.

1. Ioan. 3.

Dent. 14.

imbecillus

*Prosa 10.* imbecillus promanauit: Est pater formosus, qui de-formem filium genuit; est parcus, qui prodigo, & bo-norum dilapidatori vita vluram attribuit, & sic ser-uata natura vnitate inter patrem, & filium, in aliis maius solet esse differenciam, quam si omnino inuicem essent extranei. At aliquando, ino & scep, patris & filij non tantum vna est natura, sed vna etiam corporis dispositio, vna animi propensio, vna terum ge-tendarum prudentia, vna vox, vna progressio, & bie-tuiter vna in reliquis similitudo, adeo ut quis viso fi-lio, statim patrem agnoscat, & sine vlo magistro, ac attestatore ab illo esse genitus deprehendat. Ma-gna quidem est istorum filiorum differentia, qui li-cet in hoc conueniant, sine quo (vt diximus) filij esse non possent, quod suorum patrum naturam acce-p-erunt, tamen in aliis per omnia dissentient. Illi patru conditionem non assequuntur, isti assequuntur: illi patres moribus non imitantur; isti imitantur: illi habent vnde à patribus non multum amentur, isti habent, vnde impense, & tenerimē amentur: Illi suis moribus effrānatis patres mo-tore afficiunt, isti obediencia, & simplicitate sua partes lētitia prole-quuntur. Nam filius sapiens latifrons patrem, filius verō stultus mœstria est matris sua. ] Id ipsum dis-crimē in filiis Dei, in iustis scilicet, & gratiam haben-tibus inuenimus. Omnes enim iusti adoptione (vt vidimus) filii Dei sunt, gratia & diuinæ naturæ par-ticipatione ei similes, sine qua homo, licet fidem ha-beat, & ad Ecclesiam, vt membrum, pertineat, & ra-tione fidei, & cultus diuinæ, quem habet, quadam-modū possit dici filius, vt eum vocant Ambrosius, & Augustinus; at si propriè loquendum est, melius dicetur seruus malus & piger, aut etiam inimicus: Sed horum Dei filiorum, quidam sunt veluti filii pa-tuuli, in quibus fecerū nihil aliud, quam participatio naturæ patris eluet; alij verō sunt filii maiores, in quibus iam ultra naturam patris etiam studia, & propensiones se ostentant; quidam sunt Patri Deo in multis similes, alij in omnibus præter gratia parti-cipationem ferē diffiniles. Quod discrimen Grego-rius insinuat in his verbis. Redemptor generis huma-ni, quotquot fidei sua & doctrina sacramentis insti-tuit, ad immortabilēm æternā hæreditatis gloriām tot filios facit. Qui enim instituitur in Ecclesia, quasi paupeli adhuc filii sunt, sed qui magnis meritis ei ī in virum perfectum occurrit, frater est Redemptoris. Tales nimur beatus Paulus Apostolus collaudans, ait: Heredes Dei, cohæredes Christi. ] Ecce filios Dei paupulos, & filios magnos non ætate, sed meriti; quorum illos filii suo patri diffinilibus; istos ve-rō filii patri similibus comparamus.

Lustos ergo imperfectos, & tepidos, & sae purita-tis modicam curam habentes, qui peccata quidem grauia fugiunt, ne gratiam amittant, & leuia non fugiunt, & eorum feditate maculari contemnunt, vocamus filios Deo diffiniles, qui filiorum appella-tione contenti, se filios Dei operibus, & studiis ex-hibere non curant. Nam si Deus sapiens est, illi igno-rantes sunt, & plane pueri, qui mundi vilitates so-nantes, & perfidientes admirantur, & bonis, soli-dis, & veris anteponant. Si Deus fortis, illi infirmi, qui oborta modica tentatione penè succumbunt, & indigent à Prælatis molliter attrectari, & multis dis-pensationibus sustiniri. Si Deus pulcher, ipsi defor-mes, qui nec leuium peccatorum fœditate timent, nec imperfectionum maculas horrent, nec inordinatis affectibus, & nimio creaturarum amore te infici, & conspurcari metuunt. Si Deus liberalis, illi in Deum auari, & in creaturam inmoderate profusi, qui nec diuinis beneficis, gratitudine, & obsequiis re-

A fpondent, nec dona Dei ob terræ amorem perdere, dilapidare verentur. Denique Deus sanctus; & pu-rus, ipsi puritatis contemptores, Deus ignis, ipsi gelo; Deus magnus, ipsi pusilli, qui anima vitam spiritualem amant, munditiem non amant; lucere appetunt, sed ardore contemnunt; & videri se aliquid non esse concupiscunt. O filii felices, & miseri, ha-redes, & rei, patri vestro qui in eteclie est, similes, & dissimiles. Felices, quia filii, quia gratiam habetis, & vitam anima possidetis; & miseri, quia hanc vitam tam pretiosam meritis non cumulatis, & thesaurum istum augere paruipenditis. Heredes, quia si à gratiā non exciditis, quæ in vobis multis periculis expo-sita est, regnum Dei tandem consequentis; & rei, quia indicibilis purgatorij etiatus vos manet, qui-bus vestrae socordia penas per longum tēpus exolu-uetis. Similes Deo, quia spiritualiter viventes, quia gratia anima vitæ decorati, quia in rebus magni mo-menti legis obseruatores, & dissimiles, quia nec Deo magis appropinquare nec sanctos imitari, nec ad perfectionem aspirare contenditis. Etsis sicut filii regis, in misera feruitate positi, & à regni hostibus cap-tiui & compediti, qui non regnant, sed feruunt; non abundant, sed esuriunt, non regalibus indumen-tis fulgent, sed vilissimi, & sordidissimi pannis suam nuditatem operiunt. Sie vos filii eius regis æ-terni, quia non nullam gratiam & charitatem, licet lá-guidam, & remissam habetis; at filii captiui & in ca-lamitatis afflictuum, & desideriorum vestorum feru-uitate constituti, qui miseris amoribus rerum cadu-carum feruitis, diuinarum illustrationum, & consola-tionum famem & sitim patiunti, & infami virtu-rum indumento sordelitis, Vobis, si cum aliis Dei filii, scilicet, cum perfectis consecratis, suo modo congruit, quod Dominus per Iacobam loquutus est. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: Ecce serui mei bibent, & vos sitietis: Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce serui mei lauda-bunt p̄ exultatione cordis, & vos clamabitis p̄ dolore cordis, & p̄ contritione spiritus vñlabilis. Et dimitteris nomen vestrum in iuramentū electis meis. ] Quamvis sitis filii, tamen quia non mihi fi-deliter, sed desideris velutis seruitis, idēo vos nec seruorum nomine (quod muld est ignobilis) dignos iudico, & vt vobis hanc fideliūm seruorum num-cupationem admīnam, idēo viros sanctos, numeron filios, sed seruos appello. Perfecti ergo comedent, & bonorum operum cibo se reficerint, & vos, nisi vitam muteris, & ad perfectionem capessendam festinetis, famei hunc panis suauissimi, qui cor hominis con-firmat, sustinebitis. Illi vinum cœlestium consolationium bibent, & vos desolationibus, & mentis ariditate castigati, sitiatis. Illi feruore suo incitante in me Dominu suo lætabuntur, & vos p̄ tristitia ab igna-ia vestra prouente erubescetis. Illi nō semel de-fectum præteriorum oblici accipient tympanum, & chorum, & immensas mihi laudes cantabunt in chordis & organo; vos qui numquam infantis pan-nos exiustis, nec casibus, & defectibus vestris emen-dationem imponitis, si quando coram me ad oran-dum intratis, semper habebitis, quod ploretis, sem-per multas nouas offensas, quarum veniam cum la-chrymis postuleris (& vt vobis si non postulabis) & quarum gracia ligeatis. Illorum memoria cum laudibus, vestrum autem nomen p̄trefeat, ] quia ad nihil aliud vestri memoria fit, nisi vt maiores vos corripiant, & quales, quorum cordi proficere est, vos auctoritatem, & minores vitam tepidam, & igna-iam timeant. Hec quidem Dominus, Ego autem dixi & iterum dico, Dij estis, & filii excelsi omnes, ]

1sa. 65.

Prosa 10.

Psal. 81.

quia

quia substantiam charitatis non perdixis, & à Dominō per graue crimen non separamini; veruntamen si non curatis proficere, & Christi similitudinem induere, forte à minoribus ad maiora prolapſi, ſicut homines peccatores moriemini, & ſicut vnuſ superbiſ principibus à modicio, quod eftis aſsequi, cadetis.

**I. Par. 3.** Imperfeti ergo, & tepidi, licet gratiam, & charitatem participant, ſunt velut filij tuo patri diſſimiles, quos pater tam à ſe morib⁹ diſſitos videns, minūs amat, & non ſine nauſea, & indignatione tolerat. Et ſicut filius Davidis, quem ex Abigail uxore ſalcepit, vocatus eft Daniel, id eft iudicium Dei, patre ſignum aliquod deſiderante ex quo ſuus filius agnolceretur, & Nabal primo Abigail viro minime depatetur; quod & obtinuit, nam Dominus (vt dicitur) pueri faciem mutauit, & quā ſimillimam facieſ Davidis reddidit, & propreterea deinceps vocatus eft Cheleah, id eft, ſimilis patri. Ita quiske iſtorum tepidorum à Domino patre ſuo vocatur iudicium Dei, quia Dominus optat, vt faciem mutet, & ſeculareſ mores in ſpirituales & caeleſtes conuerterat, vt omnes eum Dei filium ex operibus; & vita cognofcant. Cu- ret iraque faciem mutare, mores emendare, vitam tepidam & ſecularem abuicere, & feruā, ac ſpiritualem aſſumere, & vocetur Cheleah, hoc eft quaſi pa- ter, & ſimilis patri, cuius pulchritudinem, & ſancti- tatem referat, cuius virtutibus imbutus, non iam figuram Adam terreni, ſed Adam ſeundi, ſcilicet Christi ſaluatoris noſtri imaginem portet.

**2. Reg. 3.** Hoc igitur ap̄ primē habent viri perfecti, & ob id vocandi ſunt Cheleah, quia ſunt filij Dei, non habi- tu gratia, & charitatis tantum, non operibus iuſti- tia imperfecti ſolum, ſed morib⁹ perfectiſſimiſ, & virtutibus ſolidiſſimiſ caeleſti patri ſimiles. Poſſunt quidem ſibi cum gratiarum actione, & humiliter vſuppare, quod Dominus noſter Iefus Christus filius naturalis patri, de ſeipſo teſtatus eft: Qui videt me, videt & patrem; non credis quia ego in patre, & pa- ter in me eft. Ita & ipſi pro ſuo modulo, nō tam fer- mone quām operibus dicunt: Similes ſumus patri, qui videt nos, videt & patrem; nos in patre, & patre in nobis eft. Quis videbat Christum, & non per ſeipſum, ſed per humanitatē aſſumptam, videbat diuīnum Verbum, per eandem etiam humanitatēm vi- debant Patrem, quia Patri & Filii vna eft diuinitas, vna natura, vna ſubſtantia. At qui perfectos, & fan- tatos vident, Patrem vident, quia pulcherrimam eius imaginem vitæ, & morib⁹ perfectorum impressam aſpiciunt. In eis nāq; ſapiencia Dei luceat, quia ſciunt reprobare malum, & eligere bonum; & cuiq; rei ſuū valorem, aut maiorem, aut minorem aſcribere. In eis puritas Dei lucet, nam illius ſententia memorē. Sā- cti eſtote, quoniam ego sanctus sum, ] hoc in primis ſummi conatibus querunt, vt mentis ſuā faciem pu- riſiſimam geſtent, & minimas quoque maculas & vix viſibiles naues diligenter abrādant. In eis chari- tas Dei ſplendor, qua amicos ſine vilo reſpectu lucri- amant, & inimicos ardentē diligunt, & omnia omnibus ſeipſos efficiunt. Quis in ſanctis non videt Dei magnitudinem, qua parua ſacculi, & abiecta non cu- rant; iuſtriam, qua nulli iniuriā irrogant, & ſua cuique dare contendunt; mansuetudinem, quia iniuriā immoti ſuſtinent, & pro eis non mala; ſed bona reſeruent, fortitudinem, qua dæmonis tentationes vincunt, & omnia impedimenta aſsequenda perfe- ctiōnēs euentilant, occupariōnēm, qua Deum jugiter contemplari, & ardenter amare ſiſiont, & in omnibus ſe ei ſimiles exhibere geſtūn. Breuiter, omne quod bo-

**Ioan. 14.****Leuit. 1.**

A num eft, audiuifſimè complextuntur, vt ſic filij Dei, & perfecta imagines eius existant. Imago enim & ſimi- litudo Dei eft (inquit Gregorius) inclito odio ma- lum odire, & amore perfecto Dei diligere, vnde ma- lum odio habent, & Deum bonorum fontem, & omni- na bona diligunt, dicentes: Iniquos odio habuimus, & legem tuam dilexiſimus, ] vt ſe filios Dei & viuas imagines protestentur. Qui ergo videt eos tamquam in filiis adoptatis, patris per virtutem ſimillimiſ, & tamquam in pulcherrimiſ imaginibus, videt & patrem, & aliquam ſtillam eius infinitę puritatis ac ſanctitatis inteligit. Horum vna ſollicitudo eft, Christū pri- mogenitum patris filium, & maiorem fratre induere, eiuſque virtutes, quantum poſſunt, in omnibus ſequi, & actus imitari, & inde habēt, vt ſicut ille eft per- fectiſſima patris imago, ita & ipſi ad eius normam delineati, figura etiam elegantissima aeterni patris existunt. Eo autem ipſo elogia filij naturalis Dei, non quidem ex aequo, ſed quād exiguā proportione par- ticipat. De illo nāmque ſcriptū reperimus: Quoniam quis in nubibus aquabitur Domino, ſimilis erit Deo in filiis Dei.] Ac ſi dicererur, nullum eoru propheta- rum, qui dicuntur nubes, aut aliorum sanctorum, qui filij Dei appellantur, poſſe cum filio naturali, aut de prima ſede contendere, aut illius xqualitatem vindicare. Sācti enim quantumuſ caeleſtibus donis & pu- ritate mentis excellant, ſunt creature; Christus vero eft Deus, qui glorificatur in conſilio sanctorum ma- gniſ & terribiliſ id eft, virtute potentiſſimuſ, & reuerentia digniſſimuſ, ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt.] Satis ergo eft illis, ſi quodammodo na- turalis filij honores & laudationes aſsequātur, prout ipſe dignatur eis cum illis partiri, ex quibus magnam cū patre ſimilitudinem, & eximiā dignitatē accipiēt.

**B** Qua ſunt autem Christi filij naturalis elogia? Illa quidem, qua Paulus in Epiftola ad Hebraeos magni- ficiſſimi verbiſ ſcribit. Nouiſſime inquiri, diebus iſtis locutus eft nobis in filio, quē cōſtituit hāredem vniuersorum, per quem fecit & ſacula. Qui cū ſit ſplendor gloria, & figura ſubſtantia eius, portansque omnia verbo virtutis ſuā, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexterā maiestatis in excelsis. O quā magnifica verba ſunt iſta, & quam mirabilia & plane ſtupenda ſunt, qua de Christo fratre noſtro maiore nobis enunciant. Ipſe eft Dominus, quia hāres, nō in aliquam partem ſubſtantia Patri ſuccedens, ſed hā- res vniuersorum. Ipſe omnipotens, quia per eū Pater tamquā per exemplar, & per omnium rerum ideam fecit omnia, hāc ſignificata per ſecula. Ipſe ſapiens, quia ſplendor gloria ſeipſo manifestans gloriam ac maiestatem Patri. Ipſe nobilis, quia ſicut verus, & naturalis filius Dei, imago & figura ſubſtantia eius. Ipſe fortis, quia omnia ſuſtinet, & omnibus naturam, & poten- tiam, & operationem tribuit. Ipſe p̄ꝝ omnibus dile- ctus, quia omnia peccata ſuī meritis de medio tulit, & vniuersas iniquitates deleuit. Ipſe tandem tam- quam naturalis filius, omnibus filiis adoptatis pra- pōlitus, atque prālatus, quia illis more ſeruorum ſtantibus, & ministrantibus, Christus vt herus eoru, & vt filius aequalis patri ad dexteram ſedet, & in medio caeleſtis curiæ throno Patri collocato, ipſe dexteram, id eft, emineſtiſſimum p̄ꝝ aliis & ampli- ſiſimum locum obtinet. Ecce filium ſimilem patri. Nā ſi Pater eft Dominus, filius omnibus imperat, & tam- quam Dominus omnia poſſidet. Si Pater eft omnipo- tens, filius omnia potet; cui data eft omnis potestas in cœlo & in terra. ] Si ille eft ſapiens, hic eft ſapiētia genita, qua patris mysteria patefacit, atque declarat. Si ille eft nobilis, hic etiam eft nobilis, quia quoru eft vna natura, & vna ſubſtantia, neceſſariō vna debet eſſe

**C** *Greg. li. 2.  
in T. Reg.  
ad c. 2. in  
illud. Vt  
offerat nū  
mum ar-  
gentum.  
Pſal. 112.*

**Pſal. 82.****Pſal. 82.****Hebr. 1.**

**D** *E* nobilitas.

Qua ſunt autem Christi filij naturalis elogia? Illa quidem, qua Paulus in Epiftola ad Hebraeos magni- ficiſſimi verbiſ ſcribit. Nouiſſime inquiri, diebus iſtis locutus eft nobis in filio, quē cōſtituit hāredem vniuersorum, per quem fecit & ſacula. Qui cū ſit ſplendor gloria, & figura ſubſtantia eius, portansque omnia verbo virtutis ſuā, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexterā maiestatis in excelsis. O quā magnifica verba ſunt iſta, & quam mirabilia & plane ſtupenda ſunt, qua de Christo fratre noſtro maiore nobis enunciant. Ipſe eft Dominus, quia hāres, nō in aliquam partem ſubſtantia Patri ſuccedens, ſed hā- res vniuersorum. Ipſe omnipotens, quia per eū Pater tamquā per exemplar, & per omnium rerum ideam fecit omnia, hāc ſignificata per ſecula. Ipſe ſapiens, quia ſplendor gloria ſeipſo manifestans gloriam ac maiestatem Patri. Ipſe nobilis, quia ſicut verus, & naturalis filius Dei, imago & figura ſubſtantia eius. Ipſe fortis, quia omnia ſuſtinet, & omnibus naturam, & poten- tiam, & operationem tribuit. Ipſe p̄ꝝ omnibus dile- ctus, quia omnia peccata ſuī meritis de medio tulit, & vniuersas iniquitates deleuit. Ipſe tandem tam- quam naturalis filius, omnibus filiis adoptatis pra- pōlitus, atque prālatus, quia illis more ſeruorum ſtantibus, & ministrantibus, Christus vt herus eoru, & vt filius aequalis patri ad dexteram ſedet, & in medio caeleſtis curiæ throno Patri collocato, ipſe dexteram, id eft, emineſtiſſimum p̄ꝝ aliis & ampli- ſiſimum locum obtinet. Ecce filium ſimilem patri. Nā ſi Pater eft Dominus, filius omnibus imperat, & tam- quam Dominus omnia poſſidet. Si Pater eft omnipo- tens, filius omnia potet; cui data eft omnis potestas in cœlo & in terra. ] Si ille eft ſapiens, hic eft ſapiētia genita, qua patris mysteria patefacit, atque declarat. Si ille eft nobilis, hic etiam eft nobilis, quia quoru eft vna natura, & vna ſubſtantia, neceſſariō vna debet eſſe

**Matr. 23.**

Sapien. 3.

Prov. 3.

Isa. 14.

Genes. 3.

nobilitas. Si ille fortis, hic est dextera & brachium Dei, à quo vniuersa opera virtutis & potentie procedunt. Si ille dilectus, quæ omnia appetit, hic dilectus & desideratus cunctis gentibus, in quem desiderant Angeli prospicere. Si ille omnibus in infinitu maior, quia ipse creator, & reliqua ab ipso creata; hic etiam omnibus maior, & excellētor, quia similiter est creator, nō creator distinctus a Patre, sed idē creator, cum quo, & cum Spiritu sancto uno similiter cū Patre & filio creatore, vniuersa fabrefecit. Hęc omnia secundum quandā proportionem sanctis, & perfectis conueniunt, vt nō solum filii Dei, sicut reliquā iusti, sed filii quoq; Patri valde similes inueniātur. Illi sunt Domini, qui per verissimum mundi contemptū omnibus dominatur, de quibus scriptū est: Quia iudicabūt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorū in perpetuum. Illi potētes, qui virtute orationis diuinam voluntatem fleunt, & quasi filii tenerimi gemib⁹, & lachrymis omnia impetrant, & fibi ipsi dissidentes, in Deo autem fiduciā constituentes, omnia posūt in eo, qui illos cōfōrtat. Illi sapientes, qui nō terrena, sed eterna sapiūt, & scientiam sanctorum probè callēt, qua Deū sibi placare scīt, vt ab eo filiorū hæreditatem accipiant. Quibus illud prouerbiorum cōuenit: Gloriam sapientes possidebunt. Illi nobiles, quorū Pater Deus est, quorū fratres Angeli sunt, quorū occupatio est nobilissima atq; dignissima, Deū Patrem suum cōtemplari. Deū amare, non sibi ipsi, non rebus terrenis, non inordinatis affectibus, sed Deo suo in cūtis seruit. Illi fortis, quos non dæmonum illusiones proterunt, non tendiculae aduersarij proferunt, sed in bello aduersus carnem, & sanguinem victores, & superiores existunt. Illi dilecti, quos Deus, vt charillimos filios amat, Beata Virgo, vt natos pulcherrimos diligit, sancta Ecclesia, vt pretiosissimas gemmas, quibus illustris, & splēdida, & decora procedit, cordi habet. Ipsi denique sunt alii Ecclesiæ filii meliores, & pulchrioris, quia curia Dei ornant, palatiū aeterni regis adificant, & nobilitas Ecclesiæ cōstituunt. Vide quo pacto perfectio est arctissima cognatio cū Deo quæ perfectos viros, non utrumque filios Dei facit, sed filios charillimos Dei & patris simillimos, & coniunctissimos efficit. Qui, vt filii Dei, & hæredes regni cœlestis omnibus virtutibus tamquam regalibus indumentis vestiuntur; & cibis delicatissimis sanctorum desideriorum & piarum cogitationum reficiuntur, & Angelis velut regis ministris cinguntur, & patris sui occupatores, scilicet diuina contemplatione delectantur; & nihil aliud querunt, nisi Dei similes esse, & in omnibus Dei filios, & seruos, ob diuinum honorem apparere.

Hanc nos Dei similitudinem filiorum charillissimum propriū appetimus, in qua nullum est superbia periculū, sed magnū inueniūt meritorum augmentū. Lucifer quidem deliquerit, & à dignitate, in qua creatus erat, deicetus est, quia Dei similitudinem habi vititam cōcupiuit, dicens: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Primi etiam nostri parētes, eandem similitudinem appetentes, & verbo illo decepti: Eritis sicut Dij sc̄ientēs bonū & malū, & sibi & nobis diuina gratia similitudinē perdiderunt, & solam Dei imaginē anima impressam, & illa oblitteratam, aut feedatam cōseruant. At nos nō timeamus hanc similitudinem filiorum appetere, quæ homini, aut Angelo interdicta non est, sicut illa, quæ aut Angelus, a seipso, & non à suō créatore habere illam magnam dignitatem appetiuit; aut homo scientiam sibi non conuenientem affectauit. Ad hanc similitudinem appetendam, imo & accipiedam, nobis à Deo facultas concessa est. Nam quotquot receptorū eum,

A inquit Ioannes, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Hanc literā sacra nos monent: omnia autem facit, inquit Paulus, sine murmurationibus, & hæstationibus, vt sitis sine querela, & simplices filii Dei. Inō, vt pulchrè annoqaut Hieronymus, non est exhortatio vehementior, quā, qua nos Scriptura filios Dei vocat. Quis enim nō erubescat, & metuat, tanto Patre agere aliquid indignum, vt qui dicitur Dei filius, ipse efficiatur vitij seruus? Et idcirco adjungit: Vt simus immaculati. Neq; enim cōuenit in filiis Dei, quia ipse est fons iustitiae peccati maculam reperiri. Hanc Dei cognitionē, & similitudinē appetere summa sapientia est. Nam quid rogo sapientius, quām Deum Patrem habere, qui te filium agnoscat, vt filiu alat, vt filium à peccatis eripiat, vt filium diligat, & vt filium in consortium Christi filii sui, atq; in participationem ēternae hæreditatis admittat. Enītatur ergo ita vivere, vt simus filii Dei. Filii non Patri dissimiles, non degeneres, sed qui perfectionis aſſequenda cura, patris nostri, qui est in celis, virtuti respondeamus, & eius perfectionem imitemur. Filii, qui non erubescamus Deum patrem vocare; non timeamus Deum genitorem habere, quod non timebimus, si puritas mentis nostræ filios Dei nos esse cōfiteatur, & similitudo diuina in nobis virtutibus, tamquā viuis coloribus delineata, nos ab eo natos, ac progenitos esse testetur.

Ioan. 2.

Philip. 2.

Hier. epistola 1. ad Domet. ad mediū Tom. 9.

*Quod perfectio est maxima cōmū inter animam, & Deum.*

C

CAPVT IX.

**I**CET magna sit amicitia, & cognitionis copulatio, qua homo Deo, vt familiarissimo amico, & vt optimo parenti coniungitur, alia tamē est multō maior, & (si dici potest) intīmior, que perfectioni etiam competens, eam mirifice exaltat, & in altiorem dignitatem eucdit. Ea autem est coniunctio sponsi & sponsæ: aut viri, & vxoris, qua viri, & vxor non iam duo manent, aut voluntatum aſſensione concordes, aut sanguinis vinculo colligati, sed ita quid vnum effecti, vt ex viro, & vxore, non duæ carnes, sed vna tantum caro resultet. Vnde primus nostri generis parens magna aſſueratione pronunciat: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea; Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhæredit vxori sui; & erunt duo in carne una. Diūtum verò serui Dominus ipse confirmat: Itaque ait, iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Paulus quoque magistrum sequitur, dicens: Vir debet diligere vxores suas, vt corpora sua: Qui suam vxorem diligat, ſeipsum diligat: Nemo enim carnem suam odio habuit. Hanc ergo unionem inter Deum, & animam similiiter perfectio facit, quæ non tantum est necessitudo inter duos amicos intercedens, non tantum cognitionis patrem, & filium sanguinis communionē deuinciens, sed etiam est castum, ſacrumque coniubium, quo Deus sponsus animæ, & anima Dei sponsa, & coniux efficitur. Non sumus autem oblii eorum, quæ ſuprā diximus, ſtatim religiosum iſtan habere virtutem, vt coniugium spirituale fit, quod Deum animæ copulet, & animam Deo tamquam ſpōlo coniungat. Hoc profectō ita est, sed aliud est, quod status fert; aliud verò quod vita exigit, aut conuerſatio requirit. Sicut enim inter homines nō ſemel accidit, vt quæ statu, & obligatio ne eſt vxor, aut sponsa, vita, & affectu eſt adultera;

Genes. 2.

Matt. 19.

Ephes. 5.

Iob 1.